

THE EPISTLES OF SENECA

# L. ANNAEI SENECAE AD LUCILIUM EPISTULAE

## I.

SENECA LVCILIO SVO SALVTEM

- 1 Ita fac, mi Lucili; vindica te tibi, et tempus, quod adhuc aut auferebatur aut subripiiebatur aut excidebat, collige et serva. Persuade tibi hoc sic esse, ut scribo: quaedam tempora eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt. Turpissima tamen est iactura, quae per negligentiam fit. Et si volueris attendere, maxima pars vitae elabitur male agentibus, magna nihil agentibus, tota vita aliud agentibus.
- 2 Quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat, qui diem aestimet, qui intellegat se cotidie mori? In hoc enim fallimur, quod mortem prospicimus; magna pars eius iam praeterit. Quicquid aetatis retro est, mors tenet.

Fac ergo, mi Lucili, quod facere te scribis, omnes horas complectere. Sic fiet, ut minus ex crastino pendeas, si hodierno manum inieceris. Dum dif-

# THE EPISTLES OF SENECA

## I. ON SAVING TIME

Greetings from Seneca to his friend Lucilius.

CONTINUE to act thus, my dear Lucilius—set yourself free for your own sake ; gather and save your time, which till lately has been forced from you, or filched away, or has merely slipped from your hands. Make yourself believe the truth of my words,—that certain moments are torn from us, that some are gently removed, and that others glide beyond our reach. The most disgraceful kind of loss, however, is that due to carelessness. Furthermore, if you will pay close heed to the problem, you will find that the largest portion of our life passes while we are doing ill, a goodly share while we are doing nothing, and the whole while we are doing that which is not to the purpose. What man can you show me who places any value on his time, who reckons the worth of each day, who understands that he is dying daily ? For we are mistaken when we look forward to death ; the major portion of death has already passed. Whatever years lie behind us are in death's hands.

Therefore, Lucilius, do as you write me that you are doing : hold every hour in your grasp. Lay hold of to-day's task, and you will not need to depend so much upon to-morrow's. While we are postponing,

## THE EPISTLES OF SENECA

- 3 fertur, vita transcurrit. Omnia, Lucili, aliena sunt, tempus tantum nostrum est. In huius rei unius fugacis ac lubricae possessionem natura nos misit, ex qua expellit quicumque vult. Et tanta stultitia mortalium est, ut quae minima et vilissima sunt, certe reparabilia, imputari sibi, cum impetravere, patiantur; nemo se iudicet quicquam debere, qui tempus accepit, cum interim hoc unum est, quod ne gratus quidem potest reddere.
- 4 Interrogabis fortasse, quid ego faciam, qui tibi ista praecipio. Fatebor ingenue: quod apud luxuriosum sed diligentem evenit, ratio mihi constat inpensae. Non possum me dicere<sup>1</sup> nihil perdere, sed quid perdam et quare et quemadmodum, dicam; causas paupertatis meae reddam, sed evenit mihi, quod plerisque non suo vitio ad inopiam redactis: omnes ignoscunt, nemo succurrit.
- 5 Quid ergo est? Non puto pauperem, cui quantumcumque superest, sat est. Tu tamen malo serves tua, et bono tempore incipies. Nam ut visum est maioribus nostris, sera parsimonia in fundo est. Non enim tantum minimum in imo, sed pessimum remanet. VALE.

<sup>1</sup> *me dicere* Hense; *dicere me* or *dicere nihil me* MSS.

---

<sup>a</sup> Hesiod, *Works and Days*, 369.

## EPISTLE I.

life speeds by. Nothing, Lucilius, is ours, except time. We were entrusted by nature with the ownership of this single thing, so fleeting and slippery that anyone who will can oust us from possession. What fools these mortals be! They allow the cheapest and most useless things, which can easily be replaced, to be charged in the reckoning, after they have acquired them; but they never regard themselves as in debt when they have received some of that precious commodity,—time! And yet time is the one loan which even a grateful recipient cannot repay.

You may desire to know how I, who preach to you so freely, am practising. I confess frankly: my expense account balances, as you would expect from one who is free-handed but careful. I cannot boast that I waste nothing, but I can at least tell you what I am wasting, and the cause and manner of the loss; I can give you the reasons why I am a poor man. My situation, however, is the same as that of many who are reduced to slender means through no fault of their own: every one forgives them, but no one comes to their rescue.

What is the state of things, then? It is this: I do not regard a man as poor, if the little which remains is enough for him. I advise you, however, to keep what is really yours; and you cannot begin too early. For, as our ancestors believed, it is too late to spare when you reach the dregs of the cask.<sup>a</sup> Of that which remains at the bottom, the amount is slight, and the quality is vile. Farewell.

# END OF SAMPLE TEXT



The Complete Text can be found on our CD:  
**Primary Literary Sources For Ancient Literature**  
which can be purchased on our Website :  
[www.Brainfly.net](http://www.Brainfly.net)

or

by sending **\$64.95** in check or money order to :  
**Brainfly Inc.**  
**5100 Garfield Ave. #46**  
**Sacramento CA 95841-3839**

## **TEACHER'S DISCOUNT:**

If you are a **TEACHER** you can take advantage of our teacher's discount. Click on **Teachers Discount** on our website ([www.Brainfly.net](http://www.Brainfly.net)) or **Send us \$55.95** and we will send you a full copy of *Primary Literary Sources For Ancient Literature* **AND** our *5000 Classics CD (a collection of over 5000 classic works of literature in electronic format (.txt))* plus our *Wholesale price list*.

If you have any suggestions such as books you would like to see added to the collection or if you would like our wholesale prices list please send us an email to:

[webcomments@brainfly.net](mailto:webcomments@brainfly.net)